

Archief. Universiteitsbibliotheek Leuven

Venerabilibus Viris uti fratrib. Rectori / et Universitati Lovani-
ensi / Lovanium

(1)

Venerabilis Viris uti frater

Cum primum Rector S. Episcopus Antverpiensis significavit mihi
authorita[te] Nunti Apostolici mutatum fuisse ultimam voluntatem
Nicolai Agricolae probyleri, neque rogavit, ut curarem eam mu-
tationem a S. Sede confirmari, et si opus esset iterum fieri muta-
tionem eandem: continuo Summum Pontificem adi, et negotium
optimi Episcopi diligentissime commendavi. Existimavi enim iam
inter Episcopum et universitatem Lovaniensem de hac re convenisse,
cum tam Episcopus quam Universitas maiorem benignitatem atque
Ecclesiae utilitatem pra oculis habeant. Vixit posteaquam intellexi
ex parte Universitatis reclamari, destitit ab incepto, et non solum
non urgi expeditionem supplicis libelli iam a Pontifice sub sig-
nato, sed etiam Episcopo scripsi, ut non speraret se quidquam
a Sede Apostolica, me intercedente, impetralurum in praesidium
universitatis Lovaniensis, nisi ipsa universitas assensum preberet.
Cupio enim sic de insigni Episcopo bene mereri, ut intant de cele-
berrima et nobilissima universitate non male mere[ar]. Haec
non est, quod timeat S. V. Nihil enim fit in praesidium
Scholae Lovaniensis, et ego non solum in hac re, sed in quacum-
que alia studio me[um] aequa polliceor, et Deo vivente,
quoad videro re ipsa praestata[bo]. [Non] enim oblivisci
possum civitatis excellentium magistrorum nostrorum,
qui me, licet externum, comiter exceperunt, nec non pro-
pensa voluntatis optimorum doctorem, qui me vix
sive doctorem, sive actionantem benevolentissime [viderunt]

Huius S. V. oblique Universitati precor a Deo veram prosperam
perpetuamque felicitatem

Datum Romae die X Augusti 1606

Ubi frater

R. D. P. [Rector] et Universitas Studij Lovaniensis

Abbas Carolus Bellarminus